Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



LATHAS

dicta. Hec enim sunt duo testamenta
unum quidem in monte syna in servi
tutem generans que est agar. Syna
enim mons est marabia que nunc con
iuncta est ei que nunc est iherusalem
et servit cum filiis suis. Illa autem que
sursum est iherusalem libera est que est
mater nostra. Scriptum est enim. Le
tare sterilis que non paris erumpe et
clama que non parturis quia multi
filii deserte magis quam eius que habet
virum. Nos autem fratres secundum
ysaac promissionis filii sumus. Sed
quomodo tunc qui secundum carnem natus
fuerat persequebatur eum qui secun
dum spiritum ita et nunc. Sed quid
dicit scriptura. Eice ancillam et fi
lium eius. Non enim erit heres filius
ancille cum filio libere. Itaque fratres
non sum ancille filii sed libere. Qua
libertate cristus non liberavit.

V

State et nolite
iterum sub iugo servitutis
contineri. Ecce ego paulus
dico vobis quoniam si circumcidamini
xpus vobis nichil prodesserit. Testi
ficor autem rursum omni homini cir
cumcidenti se quoniam debitor est
universe legis faciende. Evacuati
estis a cristo qui in lege iustificamini a
gracia excidistis. Nos enim spiritu ex
fide spem iusticie exspectamus. Nam
in cristo ihesu neque circumcisio aliquid
valet neque preputium sed fides que per
caritatem operatur. Currebatis
bene. Quis vos fascinavit veritati
non obedire. Nemini consenseritis
persuasio hec non est ex eo qui vocat
vos. Modicum fermentum totam
massam corrumpit. Ego autem confi
do de vobis in domino quia nichil a
liud sapietis nisi quod dominum est. Qui
autem conturbat vos portabit iudici
um quicumque est ille. Ego autem
fratres si circumcisionem predico quid
adhuc persecucionem patior. Ergo e
vacuatum est scandalum crucis xpi
Utinam et abscidantur qui vos con
turbant. Vos enim in libertatem vo
cati estis fratres tantum ne libertatem
vestram in occasionem detis carni
sed per caritatem spiritus servite in
vicem. Omnis enim lex in uno sermone
impletur. Diliges proximum tuum
sicut te ipsum. Quod si invicem mor
detis et comeditis videte ne ab in
vicem consumamini. Dico autem in xpo
spiritu ambulate et desideria carnis
non perficietis. Caro enim concupiscit
adversus spiritum spiritus autem
adversus carnem. Hec enim sibi in
vicem adversantur ut non quecumque
multis illa faciatis. Quod si spiritu
ducemini non estis sub lege. Manifesta
autem sunt opera carnis que sunt
fornicatio. Immundicia. Impudici
cia. Adulterium. Avaricia. Luxuria. Y
dolorum servitus. Veneficia. Inimi
cicie. Contencones. Emulaciones
ire. Rixe. Dissensiones. Secte. Hereses.
Invidie. Homicidia. Ebrietates. Co
messaciones et his similia que pre
dico vobis sicut predixi quoniam
qui talia agunt regnum dei non con
sequentur. Fructus autem spiritus est
caritas. Gaudium. Pax. Paciencia.

293